



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De synodo congreganda. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

pos admonete. Secūda verò synodus fiat Idibus Octobris, id est, XV. die mensis Octobris, quem per Beretheon Græci nominant. In ipsis autem conciliis adsint presbyteri, diaconi, & omnes qui se læsos existimant, & synodi experiantur examen. Nullis verò liceat apud se celebrare concilia, præter eos, quibus metropolitana iura videtur esse commissa.

De synodo congreganda. Cap. XLV.

PRACTIS omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, vt omni anno ad peragenda celebritatem concilij in metropolitana sede, tempore, quo principis vel metropolitani electio definierit, deuotis semper animorum studiis conferamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus dissentiamus, sed in præparato die quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana sede omnibus prouinciæ pontificibus, concilium, Deo præsule, celebretur. Quisquis autem Episcopum, excepta inuitabili causa, vel necessitate, de peragendo se concilio absentauerit, per vnus anni spaciū erit communionem plectendus. Quod si deinceps absque celebratione concilij, anni vnus metas transferit, omnium in communionem pontificum eiusdem prouinciæ sententiam obnoxius retinebit, id est, si nulla sibi impediēte principis potestate, vel infirmitate aut inuitabili causa, sed solius propriæ voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegerit.

*Ex cōcil.
Auernē.
cap. 15.*

*De archiepiscopo, qui tempore pacis ultra biennium synodum
annunciare neglexerit. Cap. XLVI.*

QUOD si intra biennium diuinitus temporū tranquillitate concessa admonitis comprouincialibus à metropolitana synodus indicta non fuerit, & metropolitanus ipse prouocationes tardauerit, anno integro Missas facere nō præsumat. Quod si euocati & non corporali infirmitate detenti, adesse sua abusione desperant, simili sententiæ subiacebunt.

*Meldēsī.
cap. 3.*

*De Episcopis ad synodum vocatis, vt venire
non contemnant. Cap. XLVII.*

QUOD non oporteat episcopos ad synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire & docere, & discere ea, quæ ad correctionem Ecclesiæ,

*Ex cōcil.
Laodicēsi
cap. 40.*